BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 215v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Si quis hꝫ aures
audiendi audiat. Et dicebat illis:
Videte quid audiatis. In qua men
sura. mensi fuerit. remetietur vobis:
et adicietur vobis. Qui enim habet
dabitur illi: et qui non hꝫ etiam quod hꝫ
auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est
regnum dei. quemadmodum si homo
iaciat sementem in terram. et dormiat
et exsurgat nocte ac die: et semen ger
minet. et increscat. dum nescit ille.
ultro enim terra fructificat. primum her
bam. deinde spicam: deinde plenum
frumentum // in spica. et cum se produxerit fructus.
statim mittet falcem. quoniam adest
messis. Et dicebat. Cui assimila
bimus regnum dei. aut cui para
bole comparabimus illud: Sicut gra
num sinapis. quod cum seminatum
fuerit in terra. minus est omnibus
seminibus que sunt in terra. Et cum
natum fuerit: ascendit et fit maius
omnibus oleribus: et facit ramos mag
nos. ita ut possint sub umbra eius
aves celi habitare. Et talibus multis
parabolis loquebatur eis verbum prout
poterant audire. sine parabola autem
non loquebatur eis. Seorsum autem
discipulis suis disserebat omnia.
Et ait illis in die illa cum sero esset
factum transeamus contra. Et dimittentes
turbam. assumunt eum. ita ut
erat in navi: et alie naves erant cum
illo. et facta est procella magna venti.
et fluctus mittebat in navim: ita ut
impleretur navis. et erat ipse in pup
pi super cervical dormiens. et excitabant
eum. et dicunt ei. Magister non ad te
pertinet quia perimus: Et surgens
comminatus est vento: et dixit mari.
Tace. obmutesce. Et cessavit ven
tus: et facta est tranquillitas magna.
et ait illis. Quid timidi estis: Nec
dum habetis fidem. Et timuerunt
magno timore: Et dicebant ad al
terutrum. Quis putas iste est quia
ventus et mare obediunt ei.

Capitulum v.

Et venerunt
transfretum maris in
regionem gerasenorum. et
exeunti ei de navi. statim occurrit
de monumentis homo in spiritu immun
do. qui domicilium habebat in mo
numentis: et neque catenis iunctus
iam quisquam eum poterat ligare: quo
niam sepe compedibus et catenis iunc
tus. dirumpebat catenas. et compe
des comminuit: et nemo poterat eum
domare. Et semper nocte ac die in
monumentis et in montibus erat cla
mans et concidens se lapidibus. Vi
dens autem ihesum a longe. cucurrit
et adoravit eum: et clamans voce
magna dixit. Quid mihi et tibi ihesu
nazarene fili dei summi: Adiuro te
per deum ne me torqueas. Dicebat enim
illi. Exi spiritus immunde ab homine.
Et interrogabat eum. Quid tibi no
men est: Et dicit ei. Legio mihi no
men est: quia multi sumus. Et
deprecabatur eum multum ne se ex
pelleret extra regionem. Erat autem
ibi circa montem grex porcorum mag
nus pascens. Et deprecabantur eum
spiritus dicentes. Mitte nos in porcos.
ut in eos introeamus. Et concessit
eis statim ihesus. et exeuntes spiritus
immundi introierunt in porcos. Et mag
no impetu grex precipitatus est
in mare ad duo milia: et suffocati
sunt in mari. Qui autem pascebant
eos. fugerunt: et nuntiaverunt in civi